

De taxone

I. De taxone latini autem melem dicunt. Idpartus rex Egyptiorum Octauio suo salutem.

Plurimis exemplis experti sumus uirtutes tuaset prudentia et tamen arbitror numquam incidisse tante uirtutis remedium, quod ab Scolapio quoque expergimus nostrum expertus sum. Igitur industriae tuae cognationis dignum iudicauisti bestiam quadrupedem quem nos taxonem appellamus. Quidam etiam maledicunt.

Hunc adprehendis, set uiuo dentes exime quos maximos habuerit et ita dicis: “In nomine omnipotentis decollo te”. Et dentes pertundes et de lino brachium ligabis in auro aut in argento, sic ut in corpus tangat. Ita neque sidus neque canicule tempestas neque homo malus neque pestilentiae neque incursus mali nocere poterit. Aut si quid fuerit mali, statim dirumpitur, sic ut sonum audias.

Pedem quoque eius dextrum priorem isdem uerbis tollis: “In nomine Dei tollo te ad remedium”; et in quamcumque contentione uel in pugna fuerit, uictor euadis, dum pedem eius tecum habes.

II. Adipem quoque eius equum egrum perungues; statim ei febres declinant, dumtaxat sibi uitam superest. Nam morbus prorogat tempus, quod si maior morbus fuerit, caelerius recedit; et sanguinem cum sale minuto commixtum cum equis et mulabus et quecumque quadrupedia uidebuntur pestilentia laborare, per triduum per cornum deicito, prout fuerit magnitudo pecorum.

Cerebrum eiusdem coqueris in oleo sestarum III in olla rude, donec tertia pars decoxerit, reliquum percola. Et si quis capitis dolorem uel pedum uexatur, caput a balneo curet per triduum. Idem et pedes emendabis etiam commitali morbo laborantes, et quod insanabile uidetur, remediabit.

Item iocinera eius circa fines urbis tuae aut circa fundus obrues secundum terminos. Cetera autem pars iocineris et cor, ad portam obrues, quatiu ire et redire soli sunt. Omnis pestilentia amota erit et iam factum erat nihil nocebit. Etiam ab igni minus erit periculum.

III. Item quod omnibus notum est pellem eius circumdari canibus, ne pestilentia laborent. Etiam omnibus quadrupedibus proderit. Ex ea pelle, pellicula in calceis habeto, pedibus non laborabis.

Uolo credas, sacratissime imperator, hunc bestiolum prodesse, si castimoniales diebus usus fueris. Carnem eius quoque ex eo orbe tuam lustraberis et exercitibus proderis.

IIII. Item si quid malefactum fuerit et non potuerit rebus ueneriis uti, testiculis eius in melle coquat, et ex aqua funtana, quae sit perennis, et ieiunus per triduum edat, emendabit.

V. Ad profluuium sanguinis omni homini, luna septima decima post hoccasum solis ante ortum lune uenis ad arborem mori. Et ex ea pomum tollis manu sinistra, digitis pollice et anulari, pomum autem album, quod nec dum cepit rubescere, elatum quidem, et susum uersus resurgens, ad superiorem partem corporis profuturum; demersum uero, et declinatum ad inferiorem partem corporis necessarium. Hoc autem pomum tenis digitis suprascriptis antequam de parcas dicis ter uerba haec: “aps, aps, aps, rar ero se prosa sane. moragian ponto sani. Hopum aemestanes”. Haec